

super qua permutacione rite facta & legittime inter nos de utriusque consensu. In pretorio fulclandie iuxta cimiterium maioris ecclesie testes dedimus iuocauimus seu adhibuimus fasta vulgariter appellatos, Ne igitur aliquis dictum laurencium vxorem suam seu heredes ipsorum super predicta permutacione vim uel calumpniam inposterum inferre seu quomodolibet eum molestare presumat, & ut ipsam eciam permutacionem per consensum nostri capituli factam seu ratificatam esse cunctis in posterum liqueat litteram sibi presentem fieri feci & sigillo nostri capituli ac meo proprio communiri. Actum apud vpsaliam feria secunda post primam dominicam passionis anno dominj. Millesimo. CC°. Nonagesimo primo.

Ett stycke är kvar af sigillet N:o 1; N:o 2 är bortfallet.

1041.

1291. d. 9 Apr.

Fröshammar.

ANUND HARALDS SONS testamentariska anordning om sin kvarlättna egendom.

In nomine patris & filij & spiritus sanctj amen. Anno. domini .M°.CC°. nonagesimo. primo. terciodecimo kalendas maj. Ego ANUNDUS HARALZ SUN licet corpore debilis mente tamen sanus senciens me in extremis laborare saluti anime mee volens prouidere testamentum meum condo in hunc modum, Monasterio de saba vbi juxta parentes meos sepulturam eligo lego hec bona Curiam meam in Weclum, et dimidiam Marcam terre in Wik, & curiam meam aby cum molandino ibidem, et curiam meam in cremplinghe, cum bonis omnibus mobilibus & immobilibus in predictis curiis contentis, et molandina superiora in thorsharghe cum fundo ac agello ibidem. cum molaribus nouis eadem emtis et expensis restauracioni necessariis eorundem, De predictis autem bonis volo quod fiat vna solemnis pitancia singulis annis conuentui ibidem residuum autem fructuum eiusdem vsibus eo abundancioribus perpetuo deseruiat, nulla facultate predictis monachis relicta, bona prenommata ab hac ordinacione aliquo alienacionis genere distraendi, Ac dextrarium meum cum totali armatura mea, Insuper cappellam meam cum singulis ornamentis, videlicet cum pallis, calice deaurato, casula, cappa, antependio, de balddechino, Dalmatica, subtile, de purpura dupla, ad vnum altare ibidem in honore beati iohannis ewangeliste erigendum, in quo volo tres missa singulis septimanis, vnam pro defunctis, aliam de sancto iohanne ewangelista, terciam de domina, in perpetuum celebrari Item ad fundandam vnam canoniam in ecclesia strengenensi sibi confero curiam meam ramshamar, cum duabus sollidatis terre in vicina willa viby, ac curiam meam ødystæ, cum singulis bonis ad eas pertinentibus mobilibus &

immobilibus, si iure presentacionis ac vice retento dominum olauum rectorem ecclesie thumboherradh fidelissimum ac dilectissimum cappellanum meum instituere infra octauam beatorum apostolorum petri & pauli dominus strengenensis dignum duxerit in eadem, sin autem solam curiam in ramshamar predictae ecclesie confero, Curia ødystæ ad eredes meos deuoluta, Jtem venerabili patri domino anundo dei gracia strengenensi episcopo lego vas meum argenteum deauratum cum pede et cooperulum eiusdem, et palefredem meum meliorem, Ita tamen quod me reddat quietatum super decimis ecclesie strengenensi quas in westerrek mutuo recepi, Jtem pro redempcione crucis assume pro viginti quatuor marchis examinati argenti curiam meam hærnæm obbligo, infra duorum annorum spacium persoluende, relicum precium eiusdem curie cum curia mea skyldæby cum attinencia sua videlicet thormunzstæ bolstad, ac curia mea mældrungæ ordino pro quadraginta marchis vsualis monete geraddo boghulth cui lybicensi, ac debitis quibuscumque, preter debita ciuium arosiensium ac pro legatis piis locis soluendis infrascriptis, Ecclesie arosiensi lego tres marchas argenti. ac dimidiam horam terre in mydlyngæby ad prebendam domini haquini canonici ibidem, fratribus predictoribus ibidem tres marcas argenti. fratribus de argbughæ tres marchas argenti, ac vnam lagenam butiri, duos thynones siliginis, vnum tentorium, vnam nauem, Monasterio fothø tres marchas argenti, fratribus strengenensibus tres marchas argenti, Fratribus minoribus de stukholmh tres marchas argenti, Domui sancte clare tres marchas argenti, Deinde cuilibet domui religiosorum in regno swecie constitute vnam marcham argenti, in supradictis tribus marchis vsualis monete comptatis pro vna marcha argenti, Jtem cuilibet ecclesie in qua mansionem habeo vnam sollidatam terre, et curato eiusdem vnam waccam, Jtem skuloni cuij arosiensi assigno curiam meam in rabý cum predio in cumblum pro debito suo jta quod recipiat quamlibet sollidatam pro quatuor marchis denariorum, sin autem curia ad eredes meos redeat et ipsi debitum persoluant, Jtem curiam meam byrghæ assigno ceteris mercatoribus arosie pro debitis eorundem, si infra annum non fuerint persoluta, Jtem predilecte vxori mee ingeborghi pro cambio curiarum suarum næuistæ, skyddæby fyellastatha, assignaui frøshamar cum attinenciis locanæs, et molandino, cum predio sudræ ædrænæs, ambas curias in asby, Curiam in danarø, cum singulis attinenciis earundem, Insuper curiam borustæ pro tercia sibi debita de prediis per me emtis, Expensas que sunt in sudæby, et frøshamar, ordino ad exsequias tricesimi mihi faciendas, Expensas vero in rydø ad solemniores exsequias meas cum primo oportunitas affuerit preparandas, Predictas autem curias et expensas in eis contentas dictis solemnitatibus ad aptandas, donec consumate fuerint predilecte vxoris mee regimini committo dispensandas, cum coadiutorio dilectorum

filiorum meorum domini laurencij bobyrggh, et domini røricij byrgis sun. Insuper famulo meo petro skýelghæ racione cambii assigno curiam meam hemysbyrgghum cum singulis ibidem contentis, ac pratum in lydæbolstat pro curia sua malbyrgghæ prius sibi pro seruicio suo collata, quam curiam cum predio in vtnæs assigno ad soluendum illis quibus pro prediis teneor mutatis, Jtem siggoni østani filio confero ob seruicium suum laudabile tres horas terre in skýnændæakyr, et vnam horam terre in aspo, Jtem domino olauo cappellano meo si alias sibi non fuerit prouisum lego viginti marchas den. et ambulatorem quem de ipso emi, Jtem holmgero nepoti meo gladium meum, et equum quem de swnone talgbý recepi Jtem byrgero rüz vnam falleram et vnum eqvum griseum qui est in curia rydø, Jtem sunoni plattan opidum in quo habitat, et in salastum duos sollidos terre, cum dimidio solido in Wadbý. Jtem clementi duos solidos terre, vbi domino laurencio bobyrggh visum fuerit, Jtem holmmæ ciui sictoniensi supra debitum anticum quod sibi teneor pro interesse diutine carencie confero tres marchas den. et dimidiam lestam annone, Jtem ffrøbyrno de vibý vnum equum valentem decem marchas den, Jtem domino petro sacerdoti meo, Olauo cellerario, Erico coquo, laurencio coquo, Cristiarno, eluaro, Joseph. Wlfoni drifæræ, cæmppe, cuilibet eorum vnum equum, Jtem quinque thýnonnes farine distribuendos pauperibus rusticis in parochia sæterboherdhe Et, alios quinque distribuendos in parochia wæstærmo, Jtem quidquid de campo iuxta asbý occupauit restituo ad vsus cummones circumiacencium villarum quemadmodum habebatur quando in asbý rustici habitabant, ffructibus tamen nunc exstantibus ad vsus eredum meorum colligendis, Premissorum autem exsecutores instito svi gracia venerabilem patrem Dominum anundum episcopum strengenensem, ac dilectum filium Dominum laurencium bobyrggh. Dans eis plenam et liberam facultatem de predictis omnibus disponendi ad predictorum equidem evidenciam presentes scribi feci, et sigillo meo, et dilecte vxoris mee ac illorum qui hiis interfuerunt sigillis videlicet domini laurencii bobyrggh. Domini haquini canonici arosiensis gardiani domus argburgen-sis, ac domini olauo capellani mei, feci communiri. actum Frøshamar. anno et die supradictis.

Sigillen 1—7, något skadade, finnas dels å röda, dels gröna trådar.

1042.

1291 d. 24 Apr.

Frøshammar.

INGEBORG, Anund Haralds sons Enkas testamente och gáfva af en gård till Saba kloster.

A. 3. h. 2.

IN nomine patris et filii et spiritus sanetj amen. Ego JNGYBORGIS condam relicta domini anundi haralz sun, Considerans humane condicionis fra-